



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

II. De definitione Optiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

auctor est Alciat. *d. l. alienationis, in verbo optionem*, &
 optime ostendit Rebuf. *in loc. alleg.* Ur igitur ad rem
 nostram propius accedamus, nostræ hujus Optionis
 9 nomen, quam jure optimo † Canonicam cum Rebuf.
 & aliis vocare possumus, ab utraq; illa hujus nominis
 10 significatione † ducere possumus; hoc enim jus est eli-
 gendi præbendam vacantem, ut infra suo loco dice-
 mus, ideoq; ea optatur, seu eligitur, quia desideratur;
 quod enim prius mente optavimus, re ipsa eligimus,
ut inquit Alciat. ubi supra: quare hujus juris exerci-
 rium non abs re aliqui *optationem* vocant, ut patet in-
 ter ceteros ex Gemin. *in c. fin. de consuet. in 6.* qui textus
 sedes est hujus materiæ. Libenter autem hujus no-
 minis originem latius fortasse, quam par esset, profe-
 11 cti sumus, etymologia enim dat † proprium verbis
 intellectum, *ut colligere est ex c. forus, de verb. sign. l. tu-*
guri, l. notionem, l. ut Alphenus, & l. pupillus, §. territo-
rium, cum utrobq; not. per gloss. ff. de verb. sig. & notat
Bart. in repe. l. omnes populi, q. 6. princip. ff. de just. & jur.
Abb. in proem. decret. num. 8. aliq; DD. passim. Et ar-
 12 gumentum ab etymologia nominis † optime in jure
 procedit. *Bart. Bald. Imol. Alber. & alii in rubr. ff. solut.*
matr. Abb. Imol. & Canon. in c. cum secundum Aposto-
lum, de præbend. & late optimeq; comprobatur Everrard.
in suis topic. jur. in loc. ab Etymol. num. 3. & seqq.

QUÆRO SECUNDO: de definitione Optionis.

Respondeo; quod Optio, seu Jus hoc optandi, licet
 à nemine, quem hucusq; viderim, definitum fuerit; ta-
 men tam ex *tex. in d. c. fin. de consuetud. in 6.* quam ex
 iis, quæ tum ibi, tum alibi tradunt DD. congrue sic de-
 13 finiri posse videretur, quod sit † jus quoddam, Capitulo
 seu collegiali alicui ecclesie ex consuetudine, vel etiam
 statuto competens, ut antiquiores gradatim vacantem
 præbendam, qua tamen reservata non sit, propria dimis-
 sa intra certum tempus eligere possint.

Quæ definitio, quoniam non congrua modo, sed
 etiam, ai fallor, perfecta est, sola indiget declaratione.

14 Dixi ergo, esse jus quoddam, hoc est, † legitima po-
 testas,

testas, prout sumitur in l. 1. in princip. ff. de tutel. & In-
 stit. de jur. natur. in princ. cum similibus, & tradunt Iob.
 And. & Canon in rubr. de reg. jur. in 6. Iurista in rub. ff.
 de just. & jur. Rebus. in l. verbus legis, ff. de verb. signif.
 poniturque jus loco generis remoti, jus inquam † ad 15
 rem, ut in specie voluit Gomez. in reg. de non toll. jur.
 quas. q. 1. vers. septimus modus acquirendi, Thom. Ze-
 rol. in Prax. Episco. verbo Canonica, vers. ad 7. Add. ad
 Rot. decis. 3. de consuet. in no. post Æne. Falcon. tract. de
 reservat. benef. quas. 4. effect. 47. num. 4. & 9. quod ta-
 men intelligendum est de toto Capitulo, & ecclesia;
 nam singulis puto non acquiritur jus ad rem nisi eve-
 niente casu optionis, per ipsam vero optionem actua-
 liter subsecutam censeo acquiri jus in re, & non solum
 ad rem, cum tunc aliud non requiratur nisi apprehen-
 sio possessionis, quæ jam supponit jus in beneficio, seu
 præbenda, ut inferius dicam cap. 5. q. 3. concl. 2. pro quo
 etiam facit cap. si tibi absenti, cum ibi not. de præbend. in
 6. sicque conciliari possunt contrariæ hac in re optio-
 nes, quod enim per optionem acquiratur jus in re,
 præter Petr. Ubal. tract. de permut. benef. numero 96.
 & 97. voluit idem Falcon. d. quas. 4. effect. 5. num. 3.
 post Petr. de Perus. tract. de permut. benef. ult. par. q. fin.
 col. 2. & aperte colligitur ex Rebus tract. de pacif. possess.
 num. 141. Subditur deinde in definitione, Capitulo seu
 collegiati ecclesia competens; estq; pro genere proximo,
 seu proxima differentia generica, uti loquuntur Dia-
 lectici, ut distinguatur ab aliis jurebus competentibus,
 personis profanis, & privatis, convenit enim hoc jus
 † solum Capitulis, & ecclesiis collegiatis, religiosisque 16
 collegiis, ut colligere est ex ipso text. & in qua ibi tra-
 dunt DD. neque canonicis † ut singulares personæ 17
 sunt, sed ut Capitulum constituunt, competit hoc jus,
 tum quia à majori parte canonicorum fit, fierique so-
 let optio; tum quia jus hoc cedit † ad commodum 18
 ac decus totius ecclesiæ, & Capituli: tum demum,
 quia tam à Pontifice in d. c. fin. quam Doct. ibi jus istud
 optandi nunc consuetudo, nunc privilegium, nunc

statutum ecclesie vocatur; cum maxime statuta con-
 dere ad totum Capitulum, ut Capitulum est, saltem
 una cum Episcopo spectare noscatur, *juxta ea, qua tra-*
dunt Doct. in c. cum omnes de constit. & in c. 1. eod. tit. in
 6. Dixi præterea in definitione, *alicui ecclesie*, quo-
 19 niam † neq; in omnibus ecclesiis exstat statutum hoc
 20 seu consuetudo, neque illis de jure communi † com-
 petit hoc jus, *ut patet ex textu d. c. fin. & notant ibi com-*
muniter Doct. Additur deinde, *ex consuetudine, vel et-*
 21 *iam statuto*, quoniam utroq; modo induci potest † hoc
 jus, *ut infra cap sequenti ostendemus. quast. 2. & 3.* Sub-
 jicitur autem, *ut antiquiores gradatim eligere possint*
vacantem præbendam; quæ omnia habentur in text. &
 22 *dicitur gradatim*, † non modo, quia primo antiquior
 murare, seu optare possit, & si nolit primus, possit se-
 cundus, & nolente secundo tertius, & sic de singulis;
ut exponit ibi gloss. & alii; sed etiam, quia si primus
 23 optet † vacantem præbendam, possit secundus optare
 præbendam dimissam à primo, & tertius dimissam à
 secundo, & sic de ceteris, quod etiam innuit postea
 text. dum dicit; *& illa quæ optata non fuerit, erit illi,*
pro quo scripsimus, conferenda: nam & præbendæ di-
 24 missæ per optionem alterius vacare † quodammodo,
 licet improprie, dici possunt, *ut etiam voluit ibi gloss. in*
verbo non fuerit; præterquam quod etiam potest spe-
 25 cialiter per consuetudinem induci, † ut præbenda non
 vacans optetur, *ut post gloss. d. c. fin. verbo cum vacat,*
tradunt ibi ceteri, & poterit forte id locum habere, ubi
distinctio præbendarum fit ad tempus, de qua inf. cap.
seq. q. 2. concl. 1. in penult. membro illius distinctionis,
quam ibi post Rot. & alios facimus, ut in specie not. Io.
 26 *And. & Gem. d. c. fin. cum alias regulariter † Optio fie-*
 ri non possit, nisi de præbenda vacante, *ut patet ex text.*
qui dicit, cum vacat, & not. inter alios Rot. decis. 6. num.
1. circa princ. de consuet. in no. Dicitur etiam signanter
 in definitione, *possunt, non debeant*; neque enim co-
 27 guntur † optare Canonici, sed possunt, si volunt, *ut in-*
nuit & jam textus, & not. ibi inter alios Io. Andr. ne,
 quod

quod in favorem inductum est, in odium retorqueatur contra vulg. jur. reg. Dixi *propria dimissa*, quoniam nec simul illam, quam habebat, cum optata, † retinere 28 potest; neque stallum † optare maxime superioris ordinis non optata etiam præbenda, seu propria non dimissa, ut *latius fortasse inferius cap. 7. ostendam*. Dixi etiam, *qua tamen reservata non sit*; quoniam præbendæ in curia vacantes, † aut alias reservatæ optari non 30 possunt, ut patet ex text. d. cap. fin. & *latius inf. cap. 3. demonstratur*. Subditur demum, *intra certum tempus*; quoniam † tempus ad optandum præstitutum perpetuum non est, sed ut plurimum est 20. dierum, licet id tempus aliquando mutari possit, ut *inferius c. 6. ostendam*.

Quæri etiam potest *tertio*, *Quotuplex sit optandus*; sed quoniam † unica species est, ut Dialectici lo- 32 quuntur, vel ut Juriscōsulti; unicum genus proprium, & substantiale Optionis, duplicem illam divisionem accidentalem attingisse solum sit satis, ut † alia sit consuetudine, alia statuto inducta; item alia, † quæ de iis 33 præbendis fit, quæ per ordinarium conferuntur, alia de illis quæ per summum Pontificem conferri deberent, aliqua tamen de causa, locum in illis habet optio, ita ut per eundem Pontificem sine expressa saltem derogatione conferri non possit nisi ea, quæ non fuerit optata, ut j. cap. 3. & 8. *explicabimus*, quibus etiam tertiam divisionem addere possumus, ut alia † Optio sit, 35 quæ à Canonicis fit; alia, quæ à beneficiatis in aliqua ecclesia, quos *Mansionarios* vocant; alia demum, quæ ab alicujus Militaris Religionis equitibus fit, *juxta ea, qua latius inf. cap. seq. q. 2. concl. 5. & cap. 3. q. 1. afferemus*. Nunc autem ad secundum cap. transeamus.

SUMMÆ RERUM.

I Consuetudo optandi innititur equitati Canonica: estque rationalis, æqua, & à jure approbata. num. 2.